



Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Iubilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 4. Quam antiquus mos celebrandi Jubilæi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

S. I. De nom. naturâ, &c. Jubilæi. 33

Q. 4. Quâm antiquus mos celebrândi
Jubilæi?

R. Cum Castropalao tr. 24. pu. 12.

§. I. Ita est antiquus, ut initium illius
non agnoscatur. Quapropter non im-
probabiliter Navarrus Notabili I. &
7. Henriquez l. 7. de Indulg. c. 15. n. 6.
& alii existimant, à tempore Aposto-
lorum cœpisse.

Hoc certius, Bonifacium VIII. qui
floruit anno 1294. non esse primum
authorem Jubilæi; cum ipsâ Extra-
vanti, Antiquorum, De Pœnit. & re-
mission. quâ statuit Jubilæum centesi-
mo quoque anno celebrandum esse,
significet se veteri traditione, & Ma-
jorum monumentis testatum confir-
mare.

Et verò congruum omnino vide-
tur fuisse, ut nascenti etiam Ecclesiæ
sua Jubilæum Christus conceden-
dum provideret, quo thesaurum sua-
rum satisfactionum cum aliis favori-
bus Populo acquisitionis elargiretur, ad
überiores fructus in novitate vitæ col-
ligendos; cum in veteri Lege, quæ

B s um-

34 P. I. De Jubilao in genere.

umbra & figura erat Evangelicæ, Po-
pulo Israëlitico Annum Jubilæum
præcepisset.

Q. 5. Apud quem sit jus concedendæ
Jubilai?

R. Apud supremum Pontificem,
utpote Patrem & Pastorem universalis
Ecclesiæ, ac Cælorum Ianitorem: cui, in
personâ Apostolorum Principis, di-
ctum à Domino est Matth. 16. Tibi
dabo claves Regni cælorum: & quodcum-
que solveris super terram, erit solutum &
in Cælis: & Joan. 21. Pasce Agnos meas;
Pasce Oves meas.

Q. 5. Quomodo interpretandæ sint Bul-
la Jubilea?

R. I. Quâ parte continent favorem,
interpretandæ sunt latissimè, quate-
nus patietur verborum proprietas;
nisi in particulari casu vel materiâ,
communis praxis, vel stylus Curia
Romanæ, aut omnia in peculiaris ratio
restrictionem persuadeat. Sylvester,
Angelus, Suarez, Henriquez &c alii
citat & approbat à Castropalao tr.
24. p. 4. Gobato tr. de Jubil. cap. 5.

Ratio